

II. E IURE CANONICO.

1.

Si quis vituperat nuptias, et dormientem cum viro suo fidelem ac religiosam detestatur, aut culpabilem aestimat, velut, quae regnum Dei introire non possit, anathema sit. (*Can. 8. dist. 31.*)

2.

Si quis desponsata sibi et tradita vtatur, rite coniugium vocatur. (*Can. 38. caus. 27. qu. 2.*)

3.

Institutum est, vt iam pactae sponsae non statim tradantur, ne vilem habeat maritus datam, quam non suspiraverit dilatam. (*Can. 39. caus. 27. qu. 2.*)

4.

Sponsus et sponsa cum benedicendi sunt a sacerdote, a parentibus suis vel a paranympis offerantur: qui cum acceperint benedictionem, eadem nocte f) pro reuerentia ipsius benedictionis in virginitate permaneant. (*Can. 5. c. 30. qu. 2.*)

f) Cf. *Conr. Phil. Hoffmanni tr. de nuptiali die et nocte. Regiom. et L. 1731. 4.*